ANNA R.

ANNA, Dei gratiâ, Magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ Regina, Fidei Defenſor, &c. omnibus & ſingulis, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem. Quandoquidem Conventus pro Pace generali ineundâ Anni proximè præteriti initio Ultrajecti ad Rhenum habitus, variis, præter ſpem & vota noſtra, injectis Impedimentis ultra menſem decimum quartum productus fuerit; Jam vero, favente Dei Optimi Maximi bonitate, (qui Concordiæ amorem partium Belligerantium mentibus fortius inſpirare dignatus eſt) ad finem tam diù deſideratum, & Europæ Tranquillitati Salutique adeo neceſſarium, fœliciter ſpectare videatur: Nos tandem accommodatis cum bono Fratre noſtro Rege Chriſtianiſſimo, noſtris utrinque tam Pacis, quam Commerciorum rationibus, quo Miniſtri noſtri qui Plenipotentiariorum Titulo hucuſque freti, Provinciæ huic exornandæ ſummâ cum noſtrâ Approbatione incubuerunt, majori cum ſplendore Operi huic maximè ſalutari Coronidem imponere poſſint, Eos ampliſſimo Legatorum noſtrorum Extraordinariorum Charactere inſignire æquum eſſe judicavimus. Sciatis igitur quod nos Fide, Induſtriâ, & in Rebus magni momenti tractandis, Uſu ac Perſpicaciâ Reverendi admodum in Chriſto Patris, perquam fidelis & dilecti Conſiliarii noſtri, Johannis Epiſcopi Briſtolienſis, Privati noſtri Sigilli Cuſtodis, Decani Windeſorienſis, & Nobiliſſimi Ordinis noſtri Periſcelidis Regiſtrarii, et perquam fidelis & prædilecti Conſanguinei & Con-

ANNE R.

ANNE, by the Grace of God, Queen of *Great Britain*, *France*, and *Ireland*, Defender of the Faith, &c. To all and ſingular to whom theſe preſents ſhall come, Greeting. Whereas the Congreſs that was held at *Utrecht* in the beginning of the laſt Year, for making a General Peace, has been drawn out into length above theſe Fourteen Months by various Obſtacles, which have been thrown in the way, contrary to Our Hopes and Wiſhes; But now, by the favour and goodneſs of Almighty God (who has been pleaſed to inſpire the Love of Concord more ſtrongly into the Breaſts of the Parties ingaged in War) it ſeems happily to tend towards the End ſo long deſired, and ſo neceſſary for the Tranquillity and Welfare of *Europe*; We having at laſt adjuſted with Our good Brother the moſt Chriſtian King Our Matters on both ſides, relating both to Peace and to Commerce, to the end that Our Miniſters who have hitherto under the Title of Plenipotiaries applied themſelves, with Our higheſt Approbation, to the diſcharge of this Employment, may, with greater Splendor, put an End to this moſt wholeſom Work, have thought fit to give them the moſt honourable Character of Our Ambaſſadors Extraordinary. Now Know ye, That We repoſing eſpecial Confidence in the Loyalty, Induſtry, Experience, and Sagacity in managing Matters of great Importance, of the Right Reverend Father in God Our Right Truſty and Welbeloved